



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Quo[...] eande[m] escam, quam manducaueru[n]t p[at]res antiqui sub  
Moyse, & nos manducamus: eunde[m]q[ue] cu[m] ipsis potum  
spiritualem, & nos bibimus. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

sequitur idem sacratus author: comprobās ipsum  
 quotidiana loquēdi cōsuetudine, apud hoēs prori-  
 ta in picturā denominatione & somnio enarra-  
 tione, ac duplici scripturæ sacræ exemplo: illud ap-  
 tissime cōfirmās. Idē quoq; in epistola ad Bonifa-  
 cium: inquit. Si sacramenta quandā similitudinē res  
 ear; quæ sacramenta sunt, non haberent: omnino  
 sacramenta non essent. Ex hac autem similitudi-  
 ne: plerunque iam ipsarum rerum nomina accipi-  
 unt. Si ergo secundum quendam modum, sacra-  
 mentum corporis Christi, corpus Christi est: &  
 sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi  
 est: ita sacramentum fidei, fides est. Hæc ille. Si igitur  
 pictura leonis repræsentans tantum leonem &  
 non uere illum in se continens: uulgato loquendi  
 more dicitur leo, & statua hominis effigiata ad  
 eius similitudinem, dicitur homo, quamuis ueram  
 hominis substantiam in se non contineat: quid  
 mirum, si species panis sensibilis post consecratio-  
 nem peractam, non solum repræsentans sed etiā  
 uere continens Christi corpus: dicatur corpus eius  
 & species uini continens ueraciter Christi sangui-  
 nem in calice: cōsimili ratiōe dicatur eius sanguis?  
 ¶ Quō eandē escam quam manducauerūt  
 patres antiqui sub Moyse: & nos manduca-  
 mus, eundemq; cū ipsis potū spirituale &  
 nos bibimus.

Idem

Cap. VI.

**S**eptima aduersarij obiectio. Cogit Paulus  
 ut fateamur & asseramus eundem spiri-  
 tualem cibum fuisse patribus: qui & no-  
 bis est, & petram illis fuisse Christum.  
 Vnde Augustinus de utilitate agendæ  
 pœnitentiæ, ait. Breuiter ego dixerim, quic un-  
 que in manna CHRISTVM intellexerunt; eun-

||  
 ,,  
 ,,  
 i. cortn. 10  
 ,,  
 Augusti.



## DE SACRAMENTO.

de quem nos, cibum spiritualem manducauerunt  
 Quicumq; aut de manna solam saturitatem quæsi  
 erunt, patres infidelium: manducauerunt & mortui  
 sunt. Sic etiã eundem potum. Petra enim: Christus  
 Eundem ergo potum quem nos: sed spirituale qui  
 fide capiebatur, nõ qui corpore hauriebatur. hæc  
 Augusti. Atqui patres antiqui etiã fideles & san-  
 cti, cū manna manducarunt: Christum in manna in-  
 tellectum, solummodo manducarunt in figura. & is ci-  
 bus erat spiritualis: quem ore cordis tū sumplerunt  
 p̄ firmam & synceram fidẽ. Ergo & nos cū man-  
 ducamus eucharistiam: duntaxat corpus Christi  
 in figura sumimus, & sacre panẽ manducamus in  
 signum & repræsentationẽ corporis Christi, immo  
 lati pro nobis: nõ quod presentis sub forma panis  
 sed in celo sedentis ad dexterã patris. Et ita de po-  
 tu deducenda est rationatio: eodẽ tendendum, quod  
 quẽadmodum aqua petra largiter emanantem ex uir-  
 gæ percussione, bibentes antiqui patres: eam sumple-  
 runt ut figurã sanguinis Christi, qui ex sacro eius  
 in cruce pendentis corpore effluxit: ita & nos ui-  
 num sacratum sacerdotali benedictione potantes  
 ipsum accipimus ut symbolum repræsentatiuum  
 sanguinis eiusdem, ex corpore ipsius in cruce effu-  
 si. & non uerum eius sanguinem, sub forma uini  
 contentum. Alioqui neque eandem escam spiri-  
 tualem manducarem quem illi manducarunt:  
 neque eundem sumeremus spiritualem potum cum  
 2 ipsis, quos & beati Pauli & Augustini dictis ad-  
 uersatur. Sic Oecolampadius. **R**esponso. Faten-  
 dum est ingenue, nos eadem escam in seucharistia  
 manducare: quam antiqui patres spiritu uiuentes  
 in manna manducarunt, sed non eodem modo.  
 Nam illi in figura tantum manducarunt illam escam

1, corin. 10

Exod. 17.

2



EVCHARISTIAE. II. 97

eam spiritualem, per manna repræsentatã. s. Christum: pro qualitate status suæ legis. Nos uero eandem comedimus escam in eucharistia, sed in ueritate. nam in ea, corpus eius uere subsistit: imo & ipse totus, deus & homo. Quippe manna spiritua libus illis patribus repræsentabat quidem Christum sed non continebat eum: ut qui nondum humanam assumpserat naturã. Sacra uero eucharistia, quæ tum ad accidentarias species oculis nostris conspicuas non solum repræsentat Christum, ut manna Israeliticum: sed etiam continet ipsum in ueritate corporalis substantiæ. Et hoc maxime congruit legis euangelicæ conditioni. in qua ueritas figuræ prioris testamenti: per Iesum Christum facta est & exhibita. Haud dissimiliter, nos eundem sumimus potum spiritualem, de petra Christo profluentem quem antiqui patres biberunt spiritualiter de petra materiali, aquam exuberanter reddente per uirgã Mosaicã percussione, sed non eodem modo. Nam illi, spiritus sancti illustratione intelligentes, per petram illam in deserto, Christum accipi, per uirgam Moysi, crucem: per aquam fluentem de petra, illusione uirgæ, sanguinem Christi preciosum in cruce effusum pro nobis, cùm aquã illã de petra in solitudine scaturientem hauserunt: in figura biberunt. sacrum Christi sanguinem. quã biberunt figuram, sanguinis illius repræsentatiuam: quam spiritualiter intellexerunt. Nos uero eundem potum spiritua lem potamus in eucharistia: sed in ueritate. Nempe in ea, sub speciebus uini consecrati, uere subsistit sacratissimus eius sanguis: quem re ipsa & secundum ueram eius substantiam sumimus. Itaque aqua illa quæ de petra fluxit illis in deserto, illis significabat quidem Christi sanguinẽ, in cruce pos-

Magna eu  
charistia  
sup manna  
excellẽtia.

Ioan. 7.

Exod. 17.  
Num. 20.

Aqua de  
petra flu  
ens i des  
erto: symbo  
lũ sanguis  
Christi in  
cruce effu  
si fuit.

N



## DE SACRAMENTO

ea effundendum, sed non eum continebat. Vini uero uerbis consecratorijs benedicti species superstiti-  
tes, non solum signant eiusdem Christi sanguinem  
sed etiam reuera cōtinent ipsum. & sub illis: sacro  
sanctum illum sanguinem, secundum rei ueritatē  
haurimus atq; sumimus. Longe igitur emiaentio  
re mō, escam illam spiritualem (corpus. s. Christi)  
sumimus in eucharistia: q̄ patres illi antiqui ean-  
dem manducauerint in manna, quantumlibet fue-  
rint spiritu sancto illustrati. Et multo itidem sub-  
limiore ratione, potum illum spiritualem (utputa  
sac̄ Christi sanguinem) bibimus ex calice bene-  
dictiouis: q̄ ipsum potauerint uetusti patres in a-  
qua, quam euomuit & eructauit petra in deserto.  
Et tanto quidem excellentius atq; perfectius: q̄to  
ueritas suam exuperat figuram, corpus uiuens su-  
am umbram, dies noctem, & hō uiuus suam ima-  
ginem. ¶ Octaua obiectio. Qui corpus Christi po-  
nūt uere in eucharistia subsistere. in his uerbis eius  
” hoc est corpus meum, uolunt uerbum est, substan-  
” tialiter exponi. At nunqd corpus est genus uel spe-  
” cies uel differentia: q̄n prædicatur de pane? neque  
” prædicatur idem de seipso: neq; facta est una natu-  
” ra ex duabus non alteratis, neq; numerabis dua i-  
” diuidua in uno indiuiduo. Neq; corpus Christi pos-  
” set dici accidens, nisi relatiuum: utputa signatū per  
” panem. Nō relinquatur ergo illis aliud quo d dicant  
” q̄ q̄ uerbum est, illic contentiue, aut conuersiue  
” exponant, hoc mō. Hoc est corpus meum. i. in hoc  
” est uel continetur corpus meū: uel hoc uersum est  
” in corpus meum. Sed non responder ea expositio,  
” contextui uerborū Christi: neq; ipsa domini uerba  
” hanc præ se ferunt intelligentiam. Poterat certe  
Christus, paulo pluribus uerbis dixisse; hoc mō.



E VCHARISTIAE. II. 98

Panis factus est corpus meum, uel in illo pane est  
 corpus meum; uel panis iste conuersus est in cor-  
 pus meum. Et explicari debuit illa subita rei in re  
 conuersio: ut uirga Moyfi uersa est in colubrū, &  
 aqua facta est uinum. Ad hæc, si dixerint substan-  
 tiam panis conuerti in corpus Christi: qd designa-  
 bunt p pronomen hoc, dicentes: hoc est corpus me-  
 um? Nunquid accidentia? Atq; corpus corpori: ac-  
 cidentia nō mutuatur. Nunqd idem de seipso præ-  
 dicatur? Et quare etiam in poculo nō dicitur. Hic  
 sanguis est sanguis meus: sed hic est calix sangui-  
 nis? Ad quod intelligendum Christi uerbum, ne-  
 cesse est profecto tropum assumere: fateriq; figu-  
 ratam ibi esse locutionem. Hæc Oecolamp. ¶ Re-  
 sponso. Non sunt dialecticis rationibus cōprhen-  
 denda nec exquirenda sacræ fidei abstrusa myste-  
 ria: q̄ omnem mentis humanæ captum longe exu-  
 perant. Quemadmodum scite admonent Chryso-  
 stomus & Anselm. præclaris illis uerbis: quæ in se-  
 cundo præsentis libri capite iā sunt adducta. Iphis  
 siquidem aperte testantur duo illi celeberrimi pa-  
 tres, indaginem sublimium dei mysteriorū, & po-  
 tissimū altissimi huius sacramenti: nec sensus ex-  
 perimento nec rōnum acumine esse faciendam, sed  
 sola fide solida, & sincera tenendam eorū uerita-  
 tem: Quod & sacer Ambrosius confirmat in libro  
 I. de fide ad Gratianū. dicens: Aufer hinc argumēta:  
 ubi fides q̄ritur. Loquatur in ipsis gymnasijs: iam  
 dialectica taceat. Non quæro qd loquantur philo-  
 sophi: regro qd faciant. Soli in suis gymnasijs re-  
 manserunt. Vide, q̄ fides præponderet argumen-  
 tis. Illi quotidie a suis consortibus deseruntur q̄ co-  
 piose disputant, isti quotidie crescunt: qui simpli-  
 citer credunt. Non creditur philosophis; creditur

Exo. 4

Ioan. 2

Mat. 26

4

Chryso-  
 stomus.  
 Anselmus.

Ambro.



## DE SACRAMENTO

Idem.

piscatoribus. Non creditur dialecticis: creditur pu-  
 blicanis. Illi uoluptatibus & delicijs orbem ligaue-  
 runt: isti ieiunijs & doloribus, exuerunt. Plures i-  
 taq; iam cepit illicere iniuria: q̄ uoluptas. Et pau-  
 lo post. Nunc uideamus: quid distant a gentibus  
 Arriani. Nonne ex philosophia omnem impieta-  
 tis suæ traxerunt colorem? Illi idolum quod uene-  
 rantur amplificant: isti creaturam, dei filium asse-  
 runt esse, qui deus est. hæc ille. Ecce testatur planis  
 uerbis Ambro. logicis argutijs aut captiomb. nõ  
 esse peruestiganda sanctæ fidei sacramenta, quæ tñ  
 aduersarius hic molitur prædicabiliu uocum le-  
 gibus & regulis arte constringere, dialecticeq;  
 prædicationibus concludere. ¶ Veruntñ ne uidea-  
 mur obiectionis huius mō propositæ nodum sub-  
 terfugere uelle, aut caute declinare: ad singula suo  
 ordine diuenda progrediamur. id unum in primis  
 asserentes: in illis dñi nostri uerbis: hoc est corpus  
 meum, uerbum est, substantia liter uel substantiue  
 sumi: & nomē corpus, pro ipsa dñici corporis sub-  
 stantia, ibidem etiam accipi. & nõ alio quouis mō.  
 Negamus tñ ibidem corpus de pane prædicari: cū  
 non maneat facta consecratione illic substantia pa-  
 nis, sed transmutetur in corpus Christi, ut abunde  
 in præcedente lib. monstratum est. Quare neq; ge-  
 neris neq; speciei, aut cuiusuis alior; prædicabiliũ  
 ibi est prædicatio: sed indiuidui de indiuiduo, & at-  
 tenta rez; significatæ idēitate, eiusdem de seipso  
 quāquidem id ipsum quod sub speciebus panis con-  
 tinetur consummata uerbor; prolatione, & que eo  
 pronomine hoc, demonstratur: uere est corpus dñi  
 unumq; prorsus & idem est, quod per pronomen  
 hoc, & quod per dictiones corpus meum, designa-  
 tur; uer; s, domini corpus. Admittimus insuper il-

Cap. 20

Quæ præ-  
 dicatio in  
 his uerbis  
 comini,  
 hoc est cor-  
 pus meū.



lic non esse factam unam naturam ex duabus naturis. s. panis & corporis dominici: nō alteratis & transmutatis. sed dicimus unam naturam: in alteram esse conuersam. Neq; numeramus ibi duo indiuidua in uno indiuiduo: cum illic unicum sit substantiæ indiuiduum. s. corpus domini, & substantia panis omnino defierit. Neq; ponimus corpus domini illic esse accidēs aut absolutum aut respectiuum siue relatiuum: cum non sit accidens, sed uera substantia. Quis aliqua illi accidentaria conueniat aut relatiua denominatio: utputa q̄ signetur speciebus illis sensibilibus. Insuper inficiamur, in prædictis domini uerbis, dictionem est. aut contētiue sumi aut conuersiue: cum (ut mō dictum est) solū modo substantiue sumatur. Et quis uerū sit, i hoc (demonstrata uisibili panis specie) cōtineri corpus Christi: aut hoc (demonstrata panis substantia) conuerti in corpus Christi: neutrum tamen horū, exprimitur per illa Christi uerba. quoniā in eis, pronomine hoc: nec species panis conspicua, nec ipsa panis substantia demonstratur. sed idipsum dūtaxat, quod facta consecratione continetur sub speciebus panis: quod sane est uerum Christi corpus.

¶ Porro nō est illud æquo ferendum animo, quod subdit Oecolampad. uolens præscribere ipsi Christo (qui æterna est patris sapientis) formā certam uerborū, quibus debuisset potius uti, secundū Oecolampadi iudiciū: in illius altissimi mysterij explicatione. Nam cum in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, ferulæ grammaticæ subdere nititur: & sus, ut aiunt, mineruā docere, quasi uerbis minus aptis aut idoneis usus sit Christus: ad illius sublimis sacramenti expressionem, Potuisset certe dominus noster pluribus uer-

Quō uerbum est sumitur i his uerbis hoc est corpus meum.

6

Coloss. 2



## DE SACRAMENTO

bis explicuisse tanti mysterij ueritatem, & subita  
unius rei in alteram, conuersione m: sed noluit. Et  
recte quidem noluit: qm̄ recta semper eius fuit uo-  
luntas, & recta eius opa. Neq; sciscitari debemus  
quare id noluit: qm̄ nobis pro rōne, sola debet suf-  
ficere eius uoluntas, in obliquum inflexibilis.  
Neq; illis uerbis, conuersionem subitariā unius rei  
in alteram, exprimere: placitum ei fuit. sed rei facta  
transmutatione subsistētis, ueritatem: siue (ut phy-  
sicas utar uocabulis) illius conuersionis terminum  
ad quem, duntaxat eloqui: qui est uerē eius corpus  
sub forma panis uisibili subsistēs. ¶ Ad id uerō qd̄  
deinde sciscitatur aduersarius: qui per pronomen  
hoc, demonstratur in prædictis dōmini uerbis, a-  
pud eos: qui ponunt substantiam panis conuerti,  
in corpus Christi, iam adhibita est paulo ante re-  
sponso, nō illic accidentia panis demonstrari, qm̄  
illa non sunt corpus Christi. non. n. accidentia, sub-  
stantiæ coincidunt: Neq; panis, ipsi dñico corpori  
sua immittit accidentia: qn̄imo neq; illa insunt cor-  
pori dōmini, neq; illud efficiūt. Sed demonstratur  
illo pronomine, id quod sub accidentibus illis con-  
uersione inuisibiliter subsistit. Et quoniam idipsum  
est uere corpus dñi: idcirco in illis uerbis dōmini-  
cis prædicatur idem de seipso, ut mō est dictum.  
Deniq; cum percōtatur in postremo præsentis ob-  
iectionis loco noster antagonista: quare in poculo  
etiam non dñ. hic sanguis est sanguis meus: sed hic  
est calix sanguinis. breuis adhibenda est responsio  
quoniam Christus in benedictione uini, iuxta san-  
ctorū Lucae & Pauli narrationem, calicem nomi-  
nauit. & ita in consecratione eiusdem, postea dicen-  
dū esse: per apostolos toti ecclesiæ constituit. Cur  
uero ita dixerit in posteriore illa consecratione, &

7  
Quid pro  
noie hoc  
demonstra-  
tur, in his  
dñi uerbis  
hoc est cor-  
pus meū.

Luc. 22.  
1. Cor. 11



EVCHARISTIAE. II. 100

non iuxta prioris formam: ratio præcipua est, quoniam  
 ita suæ beneplacitum fuit uoluntati, quæ optima est  
 omnium eorum quæcunque dixerit aut fecerit, lex at  
 que regula, neque figulus ex suo plaste debet querere  
 cur ita facis. Possent tamen non absurde ad eam questio  
 nem: & hæc adhiberi ratiuncula. quoniam uinum  
 ipsum transmutandum in sacre eius sanguinem, si  
 quida est substantia, neque manibus contrectari po  
 test nisi uasculo contineatur: calicem manibus ac  
 ceptum quo uinum consecrandum in sanguinem,  
 continebatur: haud incongrue demonstrauit, quæ  
 uirtus consecratoria in solum uinum ibi conten  
 tum ferretur. Panis uero solida erat substantia: &  
 quæ manibus comprehendi facile potuit. & super  
 eum, nulli impositum sustentaculo: potuerunt cõ  
 secrationis uerba proferri. hinc altera dicendi for  
 ma Christus in uini quam panis benedictione est  
 usus. Haud tamen ideo tropum subesse oportet  
 in uerbis dominicis super calicem dictis: cum  
 planus omnino sit illorum sensus, huiusmodi scili  
 cet. hic est calix sanguinis mei, id est, calix conti  
 nens sanguinem meum. referendo id uerbum, ad  
 tempus completæ eorum uerborum prolationi pro  
 ximum: ut & de uerbis panem consecrantibus pri  
 us est dictum. Adde quod calicis nomen, accom  
 modum est ad passionem Domini designandam:  
 in qua effusus est sacer eius sanguis in precium no  
 stræ redemptionis. Et sæpius id nomen: ad insinu  
 andam CHRISTI passionem: in scriptura est  
 accommodatum. Vt ibi. Potestis bibere calicem:  
 quem ego bibiturus sum? Et rursus, Pater si pos  
 sibile est: transeat a me calix iste. Et iterum. Calicem  
 quem dedit mihi pater: non uis ut bibam illum?  
 Ad ingerendâ igitur nobis dominicæ passiois me

Rom. 9  
 Ela. 45.

Quare in  
 cõsecratio  
 ne uini  
 Chrs cali  
 cẽ noiauit

Mat. 20  
 Mat. 29  
 Ioan. 18

N 4